



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117832

§.24. S. Gregorii Turonensis exitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)

Sæculum VI. res, quæ, Baccharum instar furentes
 A.C. 592. Viros sanctos eos esse proclamabant,

§. XXIV.

S. Gregorii Turonensis exitus.

de Mir. S. **H**oc anno 591. Childeberti Regis de
Mart. L.IV. cimo sexto Gregorius Turonensis
 c. 5. Historiam suam claudit, postea annis quatuor
 tuor superstes. Corpore parvus, magnis virtutibus claruit. Plura ei tribuntur
 Miracula, quæ ipse S. Martino, aliisque Sanctis, quorum Reliquias semper
 gestabat, adscriptis. Cum fures, dirpta S. Martini Ecclesia, comprehens
 fuerint, timens, ne Chilpericus Rex reos capite plecteret, datis ad eum
 literis, pro ipsorum vita enixe deprecabatur, addita parcendi causa, quod ipse
 cum esset illius Ecclesiæ Episcopus, soli competebat Actionem movere, fures
 non accusaret. Pepercit Rex, idque solum curæ fuit, ut omnia ablata Ecclesiæ
 restituarentur. Gregorius in Doctrinæ Ecclesiæ erat admodum versatus, quod
 liquido apparet ex pluribus ejus Disputationibus, quas ipsemet refert, scilicet
 duas adversus Arianos, Agilanum & Opilam, adversus Chilpericum Regem,
 talia affirmantem, quæ Errorem Sabellianum sapiebant, & contra unum e suis Presbyteris,
 qui Resurrectionem negabat. In his omnibus Gregorius S. Scripturæ locis

vit. ap. Sur.
 17. Nov. c. 13.
Greg. VI.
hist. c. 10.

V. hist. c. 44.
VI. hist. c. 40.
V. hist. c. 45.
X. hist. c. 13.
vita c. 20.

locis apposite utitur. Sub vitæ finem Sæculum VI.
 Romam profectus honorifice exceptus A. C. 592.
 est a S. Gregorio Papa, qui ut ostende-
 ret, quanto honore Ecclesiam Turonen-
 sem prosequeretur, ei Sedem deauratam
 dedit. Gregorius Turonensis ad Cœle- V. Coint. an.
 stem Patriam abiit annos natus quinqu- 595. n. 26.
 ginta duos, quorum viginti duos in Epi-
 scopatu transegit, anno 595. decima se-
 ptima Nov., qua die Ecclesia ejus Me-
 moriam colit. Ingenii sui partus nobis Mart. R.
 reliquit diversos. Primo Historiam Ec- 17. Nov.
 clesiasticam in decem Libris, quorum
 primus in compendio totam temporum
 Seriem a Mundi Creatione usque ad S.
 Martini obitum complectitur. In Se-
 quentibus Res Gestas præsertim sui ævi
 fusius enarrat, plurimis ex Historia pro-
 fana admixtis. Tum septem Libros de
 Miraculis, nimirum duos de Gloria Mar-
 tyrum, unum de Gloria Confessorum,
 & quatuor de S. Martino. Octavum et-
 iam de Vita Patrum. Alios quoque duos
 Libros conscripserat, qui nobis non su-
 persunt, scilicet Commentarium in Psal-
 mos, & Tractatum de Officiis Ecclesia-
 sticis. Ex eo, quod S. Gregorius ma- Greg. Prol.
 gnum Miraculorum numerum congesse- Hist. & Præf
 rit, potius pia credulitas quam Artis Glor. Corp.
 Criticæ peritia deprehenditur, & Sty-
 lus, ut ipse fatetur, Sæculi illius Barba-
 riam aliquatenus prodit.

Z 4

§. XXV.